

dux Welfo. Rex vero Conradus obsedit Winisberc, et dux pugnavit cum eo et victoriam amisit. Rex Conradus tunc dedit relictam Heinrici ducis, filiam Lutheri cesaris, fratri suo Heinricho duci Austrie, ex eo rex obtinuit voluntatem omnium Saxonum; tunc Albertus marchio renunciavit ducatu Saxonie. Deinde rex Conradus venit^{a)} Goslar. Deinde Hildensheim, et factus est ibi prepositus frater suus. Deinde veniens Brunenswich et a ducissa Gerdrudi bene est receptus, que breviter post hoc obiit in partu. Celestinus 5 an. Eo tempore obiit papa Innocentius. Post eum eligitur

Chr. Min. Celestinus. (Hic constituit, ut pro alba longa et ampla, quam sanctus

Chr. Sax. Gregorius instituit, alba stricta et non cincta utatur continue^{b)}). Deinde

Chr. Min. Lucius 11 men. Lucius eligitur. Et tunc Eugenius. (Iste fuerat monachus Eugenius 8 an., et discipulus sancti Bernardi. Ad hunc Bernardus scripsit 5 men.

Chr. Sax. siis katedralibus habeatur in gramatica et liberalibus artibus). Eo tempore obiit Sifridus comes de Babenberc¹⁾. Tunc episcopus Bernhardus de Hildensheim et prepositus Engelbertus volebant videre reliquias in

c. 294. Goslar, quod eis non licuit, et frangerunt altare et a Deo excecati sunt. Eo tempore rex Babylonie multas civitates ab illa parte maris²⁾ fidelibus expugnavit. Pro tribulatione tali misit papa Eugenius ad Ludewicum regem Francie, qui misit abbatem Bernhardum de Clerevas crucem inter christianos predicare. Tunc rex Conradus accepit crucem et principes multi; hii transeuntes Ungariam cum exercitu magno et venerunt Constantinopolim, et ibi quiescebant; exercitus ille taliter probatus est septuaginta^{c)} milia armatorum preter^{d)} alios qui innumerabiles fuerunt. Rex Constantinopolim^{e)} honorifice regem Conradum recepit. Tunc misit exercitum ducere ultra partem maris que dicitur Brachium sancti Georii, et dedit eis electionem trium viarum, et prestitit eis ducatum. Tunc elegerunt viam unam que ducebat per desertum trium dierum, in qua multi et infiniti fame siti perierunt. Tunc inculpabat populus regem, quod propterea duxisset eos in desertum, quod vellet ab eis liberari. Et volebant alium dominum elegisse Bernhardum nomine, quod rex cum magno labore vix amovit. Deinde venerunt in aliud desertum ad 14 dietas, ibi infiniti perierunt, aliqui fame moriebantur, aliqui submergebantur, aliqui a gentilibus percussi^{f)} et aliqui capti. Tunc rex Conradus revertens Constantinopolim cum illis qui supermanserant, et pars populi veniens in Hispaniam et civitatem Leschebon expugnaverunt.

c. 295. Deinde rex Conradus Constantinopoli inceptit infirmari. Tunc cesar multa bona sibi fecit et peregrinis adnichilatis. Cesar etiam inculpabatur, quod exercitus ille periclitatus fuisset ex parte sui. Tunc cesar Constantinopolis dedit neptem suam marchioni Heinricho, fratri Conradi regis, in uxorem. Eo tempore rex Francie Lodewicus pugnavit ab illa parte maris cum Sarracenis et victus est, et regina capta. Postquam rex Conradus] convalescisset^{g)}, tendens ad sepulcrum [Domini, et olportuit eum promittere cesari Constantinopol., [quando red]iret, quod reverteretur Constantinopolim et ipsum iuvaret [contra re]gem Apulie. Tunc rex Conradus venit^{h)} [et obse]dit Damascum civitatem et eam expugnareⁱ⁾ [non pot]uit, Constantinopolim est reversus, et iterum cesari [iura]vit de adiutorio super^{k)}

c. 296. regem Apulie; [et ea v]ia Alamaniam est reversus. Eo tempore [Her]man]nus comes de Wurzeburc¹⁾ percussus est [ab hom]inibus illius de

a) bis scr. B.

b) supple 'papa' ex Chr. Min.

c) 'septuaginta' B.

d) 'p̄p' B.

e) sic B.

f) percussi B.

g) hic incipit folium A.

h) 'transivit' B.

i) 'pugna-

re' B.

k) 'contra' B.

l) i. e. Winzenburg. Interpres semper hoc nomen sic depravavit.

1) 'Boumeneborch' Chr. Sax. 2) 'over mere', i. e. transmarinas Chr. Sax.